

D. T. O. M. A.  
DISPUTATIO POLITICA

B E L L O  
Ejusdemq; Requisitis

Quam,

Ex consensu & approbatione Ampliss: Facult: Phil: in  
Regia CHRISTINEA  
Universitate,

S U B P R A S I D I O

Viri Clarissimi,

MAXELII ANDREÆ K.<sup>emps</sup>

Acad:Biblioth: Regiâ Authoritate constituti, fau-  
toris jugiter honorandi,

Liberalis Exercitij ergo Discutiendam  
proponit

JACOBUS JOHANNIS  
VALSTENIUS

Ad diem 19 Sept, horis Locoq; convertit;

A B O Æ

Excudebat Petrus Wald/ Acad. Typog: 1651.

S. R. M. tis Regnorumq; Sveciæ & Gothiæ Senato-  
ri, nec non Tormentariorum Duei Generali,

Generosissimo, Fortissimoq; Heroi,

**DN. A R V I D O W i r t t e m b e r g**

Libero Baroni ad Loimjofsi? Domino in Rim-  
mitto & Baltzard &c.

Domino meo gratosissimo, S. & obsequia.

**G**enerosissime Baro, Dne gratosissime, quod dissertationula hec et pœ-  
clarum tuum vultum subire audeat, audendi animum fecit in tua  
vitæ inter alias pœclaras virtutes, quas tacitusq; venerabundus pœtreo,  
T. & G. tis Magnis entia, ut alijs minimè denegata, ita egenus Phœbi Satela  
libus maximè declarata. Quod autem sub clientela pœclari sui no-  
minis exierit, in causa T. & G. tis beneficio voce mea na augustinor in Cha-  
rissimum meum Genitorē, in Baronatu tuo Pastorem, cumulatè effusa, quo-  
rum non quocies inspicio tabellas, erubesco. Debitor ergo tuus quis nostrum  
non solvendo quis autem? Namq; tibi solidum solvere nemo potest.  
In horum autem qualitercunq; recordationem, exiguum magne devotio-  
nis tesseram, hoc munus levidense Chartaceum, sub tutela T. & G. tis of-  
fero; Nullus dubitans quin T. & G. tis huic audaci facinori ignoscat  
Lata fronte, non secus ac Artaxerxes operarije eiusdam aquam, ambabus  
monibus efferentis, suscipiat. Vale Generosissime Domine, Mecenas  
magne q; me tuum Clientulum tibi commissaatum habeo, qui sum ero q;  
dum pulmo reciprocat auros.

T. & G. tis

Humilimus Cliens

JACOBUS JOH. VALSTENIUS

**I**N Acie milites plurimi stantis, stetere, industa cruore  
 madida exuere, membris mutilati, manibus trun-  
 cati, oculis orbati, rediere; Et tamen quid Bellū, quæ  
 causæ, quomodo inchoandum, continuandum ac  
 pace sibi piendum, ignoravere: Multi vice versa, levi  
 vel nulla experientia imbuti, galeā nunquam  
 induiti, de his copiose multorum licet invidiā ac con-  
 sumelā differere non dubitavere; In causa, Historia-  
 rum tam veterum quam recentiorum, assidua, diligens  
 & crebra evolutio. Unde Alphoni<sup>9</sup> Rex in eruditione  
 & fama celebris, gloriari solitus est, Se arma & ar-  
 morum jura historiarum beneficio didicisse. Hoc i-  
 dem fateri Francisco Gallorum Regi in delicijs  
 fuit. Summa igitur nostro puncto injuria, Phormion  
 rebus bellicis quamvis insuetus, ab Hannibale, Duce  
 & manu & animo strenuo, derisus est; quod de Bel-  
 lo & militari, verba cedro & Duce digna in ejus &  
 exercitus conspectu fudisset. De hac materia sublimi  
 & nos (absit deriso) acturi, exiles voces, hujus gradi  
 misuri, ex probatissimorum virorum scriptis pauca  
 delibaturi & ad 5. Clases, methodū Nobilissimi Præ-  
 ceptoris Gyllenstalpe premendo, revocaturi ut aga-  
 tur 1. De belli definitione & divisione. 2. De belli  
 causis 3. De prærequisitis & præparatorijs 4. De bello  
 legitime gerendo 5. De eodem finiendo & pace restitu-  
 enda.

# Thesis I.

IN sinecipe hujus discursus duo prorepunt ponderans  
Ida. 1. Notatio, nominis genuina derivatio, quæ  
enucleanda 2. Äquivocatio, vocis varia significatio  
quæ amovenda.

3. Quoad Paronomiam, illa varia, ex varijs  
ingentijs (Suum enim cuiq; pulchrum) prognata; Qui-  
dam bellum à Contrarijs deducunt, quasi minime bellum;  
Quidam à Belo, quem primum artificem gladiorum es-  
se autumant, Alij à Consentaneis quia bellidimum me-  
dium ad propulsandam injuriam & obtinendam tran-  
quillitatem videtur: Nonnulli à Belua, eujus non homi-  
nis, in propriam speciem Sævire proprium, juxta Poëtis

Pax homines, Sævas trux decet ita ferata

Quidam à Græco vocabulo βελος, quod telum signifi-  
cat, quam & nos arripimus. Telis quippe, quatenus Sy-  
nechdochicè vox hæc pro quo vis instrumento bellico  
sumitur, bella geruntur.

3. Paronomiam excipit Homonomia. Bellum inter-  
dum pro quavis antipathia ac naturali inimicitia, qualis in-  
ter cicutam & rutam, magnetem & allium, accipitem  
& columbam; Unde Herodotus, naturam Ex bello genio  
tam affirmare non dubitavit, propinatur: Interdum pro  
Bello Spirituali venditatur: Qundoq; metaphorice explicat-  
ur: nonnunquam pro motu civili Salutatur. quas accep-  
tiones nos Sicco præterimus pede, & bellum prout  
Albusio definitur obtrudimus.

4. Est igitur Bellum actio hostilis ad injuriam pro-  
pulsandam vel vindicandam, à Magistratu consilio, vi  
armisq; contra publicum exercitum pacis retinendæ vel

con-

consequendæ gratia legitimè Suscepta & administrata.

§. In hac definitione, quot verba tot pondera. Dicitur. 1. *Actio* non quod sibi per actum exercitatur & consensu exercituum continuetur; feriantur namq; & arma interdum; Sed propter actionem cuius gratia suscipi:ur, testibus dissidationum clausulis. 2. *Hostilis*, in discrimen motus, *Seditionis* & *latrocinij*, quæ belli nomine minime vernunt 3. *Ad injuriam* vel propulsandam vel vindicandam, quæ est causa impulsiva externa 4. *Magistratus*, quo causa principalis proxima indigitatur. §. *Consilio*, quo res maximæ geruntur. 6. *Vt & armis* materia belli inouitur, sine quibus faciliter tractari nequaquam. Quamvis olim veteres his destitutis certarint juxta vers:

Arma antiqua manus dentes Unguesq; fuer.

Additur 7. *Contra publicum Exercitum* ad discernendum belum à duello. Est namq; & duellum hostilis duorum vel etiam plurium ab utraq; parte concertantium actio, ast non publicorum, nedum exercituum. Exercitus quippe numerum penè infinitum denotat & duelli socios segregat. 8. *Finis* subditur qui est pacis vel conservatio vel consequatio, qua nihil optabilius, si honesta & ab omni in fidiarum labe libera,

Pax Cererem nutrit pacis alumna Ceres. Sinturpis, bellum anteferendum, quamvis Cicero & Solon iustissimam etiam pacem bello esse praferendam contendant subjungitur 9. Legitimè quo bella illegitime suscepta, administrata & continuata inprobantur, proclibuntur, relegantur. Adeoq; *Forma* exprimitur, nam in prudenti, iusta ac recta administrative Belli certitudo forma. Sieq; strictim definitionem enucleavimus,

punctis & obiter præcipua divisionis membra attinge-  
mus.

7. Bellum aliud est *Defensivum*, *Offensivum* vel simul  
utrumq; Aliud. *Lugdinquam*, aliud *Vicinum*: Aliud *Pro-  
prium*, Aliud *commune*: Aliud *continuum*, aliud *Interru-  
ptum*: aliud *terrestre*: aliud *Navale*, quæ membra abs-  
que declaratione, vi vocis quilibet membris acie perstrin-  
gere potest.

8. Enodata definitione & venditata divisione; Ad  
causas, *Universalis*, *Particulari*, cum *Theologica* Sequestra-  
tis; *Politici* quæ hujus sunt fori, accessitis, ad duo capi-  
ta; Videlicet *Defensoria* & *vindicatoria*, referendo nos  
accingemus.

9. Defensiva vel est *Religionis*, *Regionis*, *personarum* &  
*rerum*, quarum defensionem cum *natura* tum *scripturas*,  
cum *ratio*, tum *mos* & *necessitas*, injungunt, mandant, ex  
postulat. Harū v. qui tutelā neglexerit, legitima respon-  
do media, bestia pejor & sui ipsius homicida censetur;  
Nam qui *injuria* non resistit cum potest, aque est in *vicio* ac  
qui facit. Et Salutaris Severitas vincit imanem Speciem  
clementiæ.

10. Religio licet talis res sit quæ omnium armorum  
vīm & impetum eludat (est namq; bonum *Spirituale*, quod  
*ferro* protegi nescit) defenditur tamen dum Hæreticorū  
*cultus* & externus insultus anticipantur, qui religionis  
exercitum præpedire, retardare imo eradicare assolent  
prout historiæ experientiæ testes inculenter comprobat  
Maximis igitur encōmijs celebrandus & immortalitate  
consecrandus, piæ memoriarum Rex Carolus. IX. Qui no-  
stræ religionis defensionem optimo cum successu, ad-  
versus Sigismundum, suscepit, quæ ad huc per Serenissi-  
mam Regiam Majestatem, Christianam Reginam & Regi-  
ni

ni proceres (utinam ad mundi interitum) feliciter com-  
tinuantur.

11. *Regio jure optimo defensatur*. Dum hostis do-  
minandi libidine agitatus ab imperij oris arcetur & Re-  
gnum ingredi phibetur, quod à prænominato, patrio  
celo redonato Rege Carolo Anno 1611, factitatu mem-  
oria proditum est. Sin potentior sit, ut vis ejus sustineris  
nedum averti possit, pax cupide & solicite petenda &  
conditio, quamvis aliquanto dörior acceptanda, exem-  
plo vulpeculae illaqueatae, quæ ut vitam redimat pede  
sibi præmordere solet. Est nam q̄ satius partem fortunæ  
committere quam totum Regnum periculo exponere  
2. Cum confederati & amici succurrunt, armis injuria  
illorum cervicibus impendens repellitur. Exemplo  
Abrahæ qui pro liberatione fratris Lothi hostem ejus  
armata manu periculis est Gen. 14: Si leccus, hostis felis  
citas in Socios, sociorum calamitas erit.

12. Personæ & res, dum Regio & Religio, de-  
fenduntur, harum proprie defensio non levem belli cau-  
sam prout historiæ hujus Seculi & prioris ævi testantur  
subministrare certum est, quas nos bievitati studentes  
silentio involvius.

13. *Vindictoria, belli causa est, cum res inju-  
stie ablatæ per hanc viam, tentatis prius alijs recuperan-  
tur & injuria famosa, quas authoritatis dispendium to-  
lerare vetat, legitime vindicantur, quam vindictam  
& feris Naturæ prescripsit, & Barbaris necessitas injunxit,  
& Ratis doctis fiasit. Veterem enim qui fert injuriam,  
inuitat novam, est namq; illecebra peccandi impunitas  
testis Cicerone per Milone.*

14. Omnes Belli Offensivi, causas recensere non  
cen-

tentamus, saltem præcipuas, quas etiam Nobilissimus  
Gyllen Ställpe in suo de Bello discursu enumerat, propi-  
namus, quæ nostram dulcissimam patriam ad arma  
compulere. Utpote 1. Personarum in commodatioꝝ rerum  
oblatio, quæ bellum, quod jam ( Deo laus ) pace Sopitum  
est, inter Danos & nos excitarunt 2. Legatorum violatio  
quæ ex parte, Germanici belli per annos r9. continua-  
ti, Sed jam ( utinam felici Sydere ) finiti, causa fuit.  
*Videsis Polybium* hanc multis diducentem lib. i. v. 2.  
3. Pactorū revocatio ꝑ anni hilatio, qua nos Rutheni ad ar-  
ma invitarunt, lacesciverunt. 4. Innoxij per al-  
terius ditionem transitus negatio, quam legitimam sacra  
& profanae Historiæ pronuntiant. 5. Alimentorum justa  
oblato pretio denegatio. *Victum* quippe qui præscindit  
vitam adimit. 6. Commerciorum ꝑ portuum interdictio  
7. Addūt Religionis propagationem, Sed perperā est namq;  
fides, non hominis, Sed Dei; quæ non cogi, Sed Spiritus  
Sancti gratia sacerdaci potest; Et hæ manifestarum cau-  
sarum nomine veniunt, quia oculorum ac mentium  
aciem subterfugere nesciunt, ad quas omnes aliæ com-  
mode referri possunt.

15. Fuere manifestæ Bellorum causæ, de quibus hoc  
enun̄, omissis alijs, notandum: *Omnia prius consilio quam  
armis tentanda.* Solet enim belli eventus esse adeo dubi-  
us. Findari memores etiam dicentis: *Facile est civi-  
tatem movere etiam paucoribus; Sed priorem insta-  
rum restituere, difficile.* Sequuntur ejusdem  
occulti formites<sup>2</sup>.

16. Occultæ causæ sunt quæ intimis cordium penes  
eralibus sese occulunt, virtutum pallio obvelatae,  
licet non raro signis imo & facili se prodant. Ut  
sunt

sunt. 1. Inextinguibilis dominans situs, qua premebatur Alex: Mag: Quo nomine illum Schyta reprehenderunt, dicentes: Si Dij habitum corporis tui aviditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet, altera manu orientem, altera occidentem attingeres. Eandem ab causam ille idem Alex: Et nomine & animo magnus, Orosio Magnus gurges misericordiarum & atrocissimus turbo totius orientis appellatur. 2. Ambitus multorum malorum radix, quæ multos regio diademat spoliarat, denudarat. Testes laudo Carolum Quintum & Franciscum Gallia Regem; Pompeium & Julium Cæsarem 3. Nocendi cupiditas 4. Ulicendi crudelitas 5. Nimia felicitas & 6. avaritia. Quæ pestifera lues, plurima regna infecit, nonnulla, annuentibus historijs, enecavit.

17. Jam causas belli vidimus, de ejus præparatorijs pauca dicemus. Cum igitur ejus cura sit maxime ardua, molesta, cuius prudentia ante, in & post bellū requiritur summa, Lentè, Cunctanter, circumspecte & nisi urgente necessitate (belli quippe alea dubia & periculis infinitis obnoxia) aggrediendum. Invocato in primis Numinis divini afflato, ut mentes illuminare, successum, si justis & legitimis fulcris fulcitum fuerit, communicare; sin injustis, conatus annihilare velit, ne pro vera vana venditetur causa.

18. Iстis ita peractis fædere inire, ast non eum extre misè impijs, nisi bellum fuerit defensivum, haud inconsultum videtur, cui sententiae suffragatur Bodinus in hæcce prosiliens verba: Nullum tuenda salutis ad versus hominum impetus ferè majus præceptum, quā vel potentissimum esse; aut cum potentissimis soci-

satem & amicitiam intre. Quamvis nimis potentum auxilia impetrare per omnia tutum esse non soleat.

16. Tandem ad apparatus bellicum qui his absolutur, videlizet: virorum, annone, pecunie, armorum, instru-  
mentorum, signorum copiosa procuratione, nec non assidua  
militum exercitatione.

20. Viri sunt milites à Magistratu summo & ejus Vicarijs, ad bellum tractandum electi & ordinati. Sunt Alij Primarij, alijs secundarij; Alij Tyrone, & Novitij, alijs veteres, alijs veterani; Alij ordinary alijs subsidiary; Or-  
dinarij autem sunt vel limitanei, vel Stationarij. Dein-  
de milites sunt vel Equites vel pedites, tam levia, quam gravia  
armaturæ, qui majori commodo exindigenis, quam ex  
teris conducuntur, annotante Lipsio & probante ex-  
perientia.

21. Hi & præcipue primarij, ut jam ipsum Principem  
prætereamus, (quoniam ceu Solem Siderum exercitus clari-  
tate superantem, alios virtute anteire & prælucere  
oportet) quales & quibus comitati virtutibus prodibunt,  
patebit. Erunt belli Duces, tam Ethicis quam Physicis vir-  
tutibus instructi, animi & corporis bonis præditi hoc est  
corpore vigeti, ingenio exercitati ac animo probi. Et  
ut Specialius ac intimius rem tangamus; Sint prij. nam  
prudentia multum, Dei præfentia magis præstat, quæ  
exoranda, precibus impetranda. Equus enim paratus  
ad bellum sed Victoria in manu Dei est Prov. 21. Sint clavis  
femmate nati. Militaris quippe Majestas, Salutis tutela  
est, afferente Cartio. Sint authoritate præditi, quæ ingenij  
vigo re, generis etiam splendore, aniwi magnitudine,  
& Severo regimine; dummodo clementia, beneficen-  
tia & comitate misceatur & temperetur, aequiritur.  
Sint rei militaris periti: In historijs versati, casti, sobrij, Mag-  
nifi-

gnifici, patientes, iffabiles, in summa: sint vero virtutum iubas  
re & splendore irradiati: Secundarij erunt eisdem virtutibus  
ornati, & ad illorum imperata prompte expediunda pa-  
rati. Gregarij quales debeant esse, verbo: Erunt p[er]ij,  
Sani, fortes, laborum patientes, dociles, obedientes, atque  
te juvenes & mente senes. qui omnes juxta articu-  
los militares, juramento fidelitatis obstringuntur.

22. Primarij officiarij sunt 1. vel respectu totius  
exercitus primas tenentes partes & secundum articulos  
militares in statione sua imperantes & vocantur.  
Generales, suntq[ue]; Regni Marscus, campi Marscallus  
Generalis Tormentariorum Dux, quam spartam Ge-  
nerosissimus Dominus, Deus Arvidus Wirtemb[urg]o/  
Liber Baro in Loimiock & Rimoto &c. aliquot an-  
nos indicibili laude exornarat. Cujus Herois victo-  
riosissimi heroica & martia facta, Germania enar-  
vare, Svecia decantare & Fennia pleno ore ebueci-  
nare sciunt. Verbo: Toti Europae no[n]us. Genera-  
lis exercitus Excubitor, G. exercitus Metator; Ge-  
nerales lustratores militiae, G. capitalium præfecti,  
qui generaliter exercitui præsunt.

23. Sunt 2. respectu aliquot turmarum vel etiam us-  
nius, totaliter vel partialiter imperantes, & Speciales  
appellantur, qui vicissim in superiores & inferiores dividu-  
tur. Ad illam classem pertinet Tribuni Equitum & pe-  
ditiorum: illorum vicarij seu locum tenentes, superior Eque-  
stris metator ac Equitum magistri.

24. Inferiores sunt: Vicarij equitum Magistrorum,  
Signiferi, ordinum structores, Decuriones; præfecti,

*Vigilum, Metatores equestres & pedestres. Vexti illi ferorum substituti. Designatores diversiorū, custodes armorum. Sunt & aliæ personæ, arma non trahentes, in bello necessariæ, utpote: concionatores, judices Ecclesiastici & politici, Commissarij, Cammerarij, Quæstores, Medici, Chirurgi, Mercatores, Praecones, Tubicines, Tibicines, Tympanistæ, rerum capitalium Executores &c.*

25. *De Annona. Quā & victus & amictus indigitatur, maturè providendum, cum hæc destituti nō lacertos ne dum arma movere possint. Deditio, Fuga, desertio quoq; metuenda, idq; jure; Nam cum hoste, non natura pugnandum & qui frumentum necessariumq; commeatum non præparat, vincitur sine ferro. Exempla si poscis, Herodoti, Plutarchi, Livij, Val. Max: Scripta inspice & plus satis erudieris.*

26. *Quemadmodum Commeatus ita & pecunia, sine quibus res frigide tractantur, de necessitate sunt, penuria quippe, si Lipsio & experientiæ credimus, rerum gerendrum nervus est, his carentes bellum aggressori ventum verberare, æquor absq; navi trahere & sine pedibus ambulare tentant; his, milites, ceu pisces hamo, capiuntur conducuntur, stipendia solvuntur, hostium duces corrumpuntur. Unde Macedonum Rex dicere est solitus. Omnia castella expugnari posse, in qua cæsinus auro onustus ascendere possit. Et quid non nummis?*

27. *Neq; sine armis bellum tentare salutiferum, cum hæc mihi in membra salutentur & quæadmodū, nec futor sine subula, nec faber sine malleo, suum perficere opus,*

nec urbes sine propugnaculis defendi possunt; ita nec Iudablsq; his geri, etiam in vulgus notum est, *quot autem* horum genera & *qualia*, qui scire aget, rerum bellicorum scriptores tam veteres quam recentiores legat. Ut poteris: *Gellium, Veget: Lips: Nec Nobilissimum nostrum Gyllenstalpe* prætereat, credat, præcipua, quibus hac tempestate utuntur, habebit.

28. Sunt & *instrumenta* maturè procuranda, quæ vel *animata*, ut *cameli, Equi Asini*; vel *inanimata*, ut *Scala, securis, currus, ligo*, quæ bene conservanda. *signa bellica* etiam diversa quæ ad tria reduci possunt, videlicet ad, *vocalia, semivocalia, muts.* *vocalia* sunt verba singularia, quibus excubitores visitantes, exercitus itidem in ipso conficiuntur, ut ab hoste discernantur, utuntur. *Semivocalia, Tuba, Tibia, Tympana*, quibus convocantur, receptui canuntur. *Muta* suut insignia, ut *axilla & illorum variæ signatus ræ &c.*

30. Cum nec sordidissimi opifices, absq; Manuductore & informatore quicquam addiscere queant, absolum imorridiculum videtur, aliquem sibi imaginari, se artem militarem, utpote difficilimam & maxime arduam absq; exercitatione & Magistro consequi posse. Exercitationes istæ sunt & *animi & corporis*. *Corporis, qualiter* laborum asexfactio, quæ militem firmat, ne otio membra frigescant, & nihil agendo male agere discant. *Ordinatio observatio*. Ordinatus namq; exercitus amicis jucundissimus, hostibus molestissimus, teste Xenoph: cursus asexfactio, ut loca oportuna celeriter occupare & fugentium terga apprehendere possint, & quod maximum est, ut ordinem congregare, laxare, arma relevare, deprimere scle celeriter ad laevam vel dextram, antrosum vel res-

et sum vertere discant. Animi sunt pietatis, castitatis,  
temperantiae & mansuetudinis assidua exercitatio, in summa:  
ita informandus Miles ut inter amicos & domi sit  
instar ovis, inter hostes, instar Leonis<sup>2</sup>.

31. Antequam bellum aperio marte quis aggreditur, clarigatio per praecones & faciales praecedere solet qui a Magistratu ad proclamandum & denunciandum bellum mituntur & legatorum jure fruuntur. Jecirco Cic: lib. 1. off: Non minus scite quam erudite dicit: Nullum bellum justum est, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit & indicatum. Neq; consultationes emittenda quibus plus quam viribus geritur, consilia acuta, quae alias stratagems audiunt, etiam vel ipso Deo mandantes usurpandi. Ibs: 8. 2. Sam. 5. Et Plaut: in Agell: Federa sum inusta fallere impium, sed hostes non solum justum, sed etiam suis & fructuosum.. Solet & praelium anteire Iter; eagine quo hostis obviatur nec domi exspectatur, ut & castramentatio, quae a Machiavello varijs exemplis delin-  
teatur. Jam ad ipsum belligandi actum.

32. Praelium est duorum exercituum conflictus & concursus, pacis retinendae vel injuriæ propulsandæ gratia initum, in quo Generaliter observandum, Hostem nunquam esse contemendum, memores Darij Alexandrum contemptui habentis, sed infelici exitu. Securitas fugienda quæ contemptus & stoliditatis pedissequa. Nimia festinatio, exemplo Fabij Cunctatoris, evitanda: Consilium sub manu nonnunquam habendum: Hosti fugienti aureus pons struendum: Publico certamine non nisi extrema urgente necessitate pugnandum: Prædam & hostem nimis effuse, toto exercitu non debellato & segregato, ne insequantur: Hostem fame potius quam ferro subjugabit: Solus exercitus simul non pugnabit.

33. Specialiter animadvertisendum, bellum *offensivum* gerenti, ut in hostem à tergo irruere possit: ejus iram primò deservelcere sinat: Commodum locum quæsat: Aciem recte disponere sciat: quo equites peditibus & vice versa subvenire queant: Frontem aciem pro militum multitudine & loci capacitate dilatare & coarctare ne ignoret: Fortissimos duces & milites in prima & ultima serie colloct.

34. Alterotra parte labefactatā vel debellatā animis non despondeat; Sed vires recolligat, conscriptiones instituat & milites denuò conduceat, fortitudinis quippe signum est hanciam temel vietus non abiucere, sed summa vi accepto damno refarcire. Sin v. n. nihil ipsi residuum Deo & fortunæ cedere & pacem implorare expedie.

35. Pax, & quidem mitis, nihil insidiarum, nihil detrimenti; sed multū elementiæ habens, petenti prompte offerenda. Nihil enim tam principi decorum, quam si victoriam in manibus habens, pacem non abnuat; ut sciant omnes, plam & suscipere justa bella & finire Liv. lib. 30. neq; Victoria victo exprobanda, nedum caderi abutendum. Sed Leo ad ribendam Semel sancta inviolata sancte servanda & literis confirmanda. Hac de bello dicta sufficiunt. Jam ad te, a ternum Numen pacis princeps, mentis converimus acies: ó muero Domini, in vagina, quam in gressos, mane & sile. Cogita Domine super nos cogitatione paci aeternæ, ut vivamus, te laudemus, Tibi enim sumus Hallelujia:

---

### C O R O L L A R I A.

I.

A N belligerare homini Christiano liceat? Affirmo,  
2. An subditis concessum arma movere adversus  
Principem? N: Dicitur. 3. Am

3. An ditionis ampliandæ causa bellum incundum? No.
  4. An expeditat Reipubl; principem ipsum semper  
in acie stare? Neg:
  5. An pecunia recte nervus belli censeatur? Aff.
  6. An tormentis bellicis uti liceat? Aff.
  7. An stratagema uti gloriosum & honestum? A.
- \*\*\*\*\*

*Eruditione & Virtute Politissimo,*

**DN. JACOBO JOH. WALSTE-**  
**NIO F: Disputationis hujus Polit: de BEL-**  
**LO Authori & Respond: ingeniosissimo,**  
**A mico suo favissimo.**

**D**ulce fomen Pacis, quia Pace novalia ridens,  
 Pace ferunt segetem rura, & lætantur aristæ;  
 Monia sarta manent, Christoq; altaria fumant:  
 Sed nigrum campis agmen eum tempore belli  
 It, velut ipsa palus limoso pascua junco  
 Obnubit; tristi sic Mars tegit omnia vesta,  
 Sævior & passim Busiride cæde vagatur.  
 Ergo haud Bellonam; studio ast pacem meditemur.

Non tamen es culpæ, sed jugi dignus honor,  
*Economia decus & Patriæ flos optime Walsten.,*  
 Quippe mones doctè quid tñ de Marte videtur.  
 Quid bellum? gerere an fas sit? quandoq; gerendum;  
 Laudo: Namq; hominum generi sunt prælia nata;  
 Ergo tela nocent prævisa minns feriuntq;

*L. mg.*

**ABRAHAMUS THAUVON:**  
*Prof. P.*